absórpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt : * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum : † quia ad te Dómine, Dómine óculi mei : * in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi : * et a scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : * singuláriter sum ego donec tránseam.



Ant. Custodi me a láque-o, quem sta-tu-é- runt



mihi : et a scánda-lis operánti-um iniqui-tátem.

Ant. v. toni vij.



Considerabam. Ps. 141. Voce me-a ad Dóminum



clamávi : * voce me-a ad Dóminum deprecátus sum :

Effúndo in conspéctu ejus oratiónem meam, * et tribulatiónem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, * et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac, qua ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram, et vidébam : * et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me, * et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te Dómine, * dixi : Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatió-